



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enarratio Epistolæ Prioris Ad Timothevm, Et Dvorvm
Capitum secundæ**

Melanchthon, Philipp

Vitebergæ, 1561

VD16 M 3167

De nouißimis temporibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36308

AD

non natura
itur preci
it Luce 22,
Prophetam
o secundum
es tuas doc

ultos in Ec
ala dogme
r proprie
i hac mudi
sia.

ponit quel
bit qui Epi
a sunt imp
e inueniu
rrorum no
a Diaboli.

pios & ma
lamores al
aquam Ge
, & uocia
esse Episc
stanter op
e diuina
traditione
discrimin

D

De nouissimis temporibus.

ET si omnia secula inde usq; ab initio generis humani multas magnas confusiones religio- num, bella & uastationes habuerunt, Tamen vox diuina sape testatur in ultima senecta mundi ma- iores futuras esse confusiones quam fuerunt an- tea, Et crescent mala propter tres causas: 1. Quia cumulatis peccatis sequuntur maiores po- ne. 2. In his ipsis peccatis & pœnis natura fit languidior & disciplina dissolutior. 3. Quia ra- bies Diabolorum crescit, qui iam scientes instare diem iudicij, in quo eorum malicia omnibus ange- lis & hominibus, palam ostendetur, odio filij Dei magis sœuiunt in Ecclesiam.

Hæc magna pericula nostræ ætatis aliquo mo- do consideremus, & expauescentes simus uigilan- tiore in discendo, & modestiores in omnibus ne- gocijs, & ardenter in petendo auxilio. Intuea- mur etiam promissiones nominatim factas ultime etati, ut Esaiæ 46. Etiam in senecta & canicie uos gestabo. Et Psalmo 71. Non projicias me tempore senectæ, cum deficiet uirtus mea. Item Etiam in senecta non relinquas me. His cogitatio- nibus exuscitemus nos ad uigilantiam & ad pre- cationem.

Prodest hæc admonitio ad hoc quoq; ne scan-
dalis

I. EPISTOLA AD

dalis turbati existimemus nullam esse Dei Ecclesiam, sed sciamus inter has ipsas confusiones unum aliquam esse ueram Ecclesiam, & discamus ubi querenda sit, & nos ei adiungamus, & in uerum Deum in uera agnitione Domini nostri Iesu Christi firma fide & spe inuocemus, & sustuamus promissiones nobis ratas esse, & semper nos consolemur hoc articulo, Credo Ecclesiam sanctam Catholicam. Item Matth: 28. Ego te boscum sum usq; ad consummationem seculi, lxx 1. Cor: 11. Hoc facite donec ueniat.

Multi deficient à fide.

Necessaria diligentia est considerare diversa professionum in genere humano, Ethnici Iudæi, Mahometistæ palam profitentur se esse hostes Christi & Euangelij, Et palam reijcum symbola. Hi facile agnosci possunt. Sint autem primum aduersus hos munita pectora, sicut aduersus Ethnicos uetus as collegit multas refutationes quas cogitare utile est.

Prima autem & maximè illustris confirmatio est Ecclesiæ miracula inimitabilia creaturae testantur hanc doctrinam à Deo traditam esse, ut resuscitatio mortuorum, represio cunctis solis, partus in effecta ætate, eductio ex Egypto